

Order of Mass — Latin texts

Information Sheet 2

The following texts are provided for those who wish to set the Mass in Latin. For those wishing to publish settings for liturgical use in Latin the principles of the Composer's Guide apply. This includes the attention to punctuation and capitalisation, however the official Roman books: *Missale Romanum* and *Graduale Romanum* provide different versions of the text both of which are included here. Composers and publishers are asked to follow one text for consistency.

Gloria

Missale Romanum

Gloria in excelsis Deo
et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Laudamus te,
benedicimus te,
adoramus te,
glorificamus te,
gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam,

Domine Deus, Rex caelestis,
Deus Pater omnipotens.
Domine Fili Unigenite, Iesu Christe,
Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris,
qui tollis peccata mundi, miserere nobis;
qui tollis peccata mundi,
 suscipe deprecationem nostram.
Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.

Quoniam tu solus Sanctus, tu solus Dominus,
 tu solus Altissimus,
Iesu Christe, cum Sancto Spiritu: in gloria Dei
 Patris.
Amen.

Graduale Romanum

Gloria in excelsis Deo.
Et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Laudamus te.
Benedicimus te.
Adoramus te.
Glorificamus te.
Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam,

Domine Deus, Rex caelestis,
Deus Pater omnipotens.
Domine Fili Unigenite, Iesu Christe.
Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris.
Qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Qui tollis peccata mundi,
 suscipe deprecationem nostram.
Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.

Quoniam tu solus Sanctus. Tu solus Dominus.
Tu solus Altissimus, Iesu Christe.
Cum Sancto Spiritu: in gloria Dei Patris.
Amen.

Profession of Faith

Nicene Creed:

Missale Romanum

Credo in unum Deum,
Patrem omnipotentem,
factorem caeli et terrae,
visibilia omnium et invisibilia.

Et in unum Dominum Iesum Christum,
Filium Dei Unigenitum,
et ex Patre natum ante omnia saecula.
Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum
de Deo vero,
genitum, non factum, consubstantialem Patri:
per quem omnia facta sunt.
Qui propter nos homines et propter nostram
salutem descendit de caelis.

*Ad verba quae sequuntur, usque ad
factus est, omnes se inclinant.*

Et incarnatus est de Spiritu Sancto
ex Maria Virgine, et homo factus est.
Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato;
passus et sepultus est,
et resurrexit tertia die, secundum Scripturas,
et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris.
Et iterum venturus est cum gloria,
iudicare vivos et mortuos,
cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem:
qui ex Patre Filioque procedit.
Qui cum Patre et Filio simul adoratur et
conglorificatur:
qui locutus est per prophetas.

Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam
Ecclesiam.
Confiteor unum baptisma in remissionem
peccatorum.
Et exspecto resurrectionem mortuorum,
et vitam venturi saeculi. Amen.

Apostles' Creed

Credo in Deum
Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae,
et in Iesum Christum, Filium eius unicum,
Dominum nostrum,

Ad verba quae sequuntur, usque ad Maria Virgine, omnes se inclinant.
qui conceptus est de Spiritu Sancto,
natus ex Maria Virgine,
passus sub Pontio Pilato,

Graduale Romanum

Credo in unum Deum,
Patrem omnipotentem,
factorem caeli et terrae,
visibilia omnium et invisibilia.

Et in unum Dominum Iesum Christum,
Filium Dei Unigenitum.
Et ex Patre natum ante omnia saecula.
Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum
de Deo vero.
Genitum, non factum, consubstantialem Patri:
per quem omnia facta sunt.
Qui propter nos homines, et propter nostram
salutem descendit de caelis.


Et incarnatus est de Spiritu Sancto
ex Maria Virgine: Et homo factus est.
Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato,
passus et sepultus est.
Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas.
Et ascendit in caelum: sedet ad dexteram Patris.
Et iterum venturus est cum gloria,
iudicare vivos et mortuos:
cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum, Dominum, et vivificantem:
qui ex Patre Filioque procedit.
Qui cum Patre et Filio simul adoratur,
et conglorificatur:
qui locutus est per Prophetas.


Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam
Ecclesiam.
Confiteor unum baptisma in remissionem
peccatorum.
Et exspecto resurrectionem mortuorum.
Et vitam venturi saeculi. Amen.

crucifixus, mortuus, et sepultus,
descendit ad inferos,
tertia die resurrexit a mortuis,
ascendit ad caelos,
sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis,
inde venturus est iudicare vivos et mortuos.
Credo in Spiritum Sanctum,
sanctam Ecclesiam catholicam,
sanctorum communionem,
remissionem peccatorum,
carnis resurrectionem,
vitam aeternam. Amen.

Eucharistic Prayer



Dóminus vobíscum. R̄. Et cum spí-ri-tu tu-o.



Ÿ. Sursum corda. R̄. Habémus ad Dóminum.



Ÿ. Gráti- as agámus Dómino De-o nostro. R̄. Dignum et iustum est.

- Ÿ. Dominus vobiscum
- R̄. Et cum spiritu tuo.
- Ÿ. Sursum corda
- R̄. Habemus ad Dominum.
- Ÿ. Gratias agamus Domino Deo nostro
- R̄. Dignum et iustum est.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt caeli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.



Mysterium fidei.

Et populus prosequitur, acclamans:

Mortem tuam annuntiamus, Domine,
et tuam resurrectionem confitemur, donec venias.

Vel:

Quotiescumque manducamus panem hunc
et calicem bibimus,
mortem tuam annuntiamus, Domine, donec venias.

Vel:

Salvator mundi, salva nos,
qui per crucem et resurrectionem tuam liberasti nos.

P^{er} ipsum,* et cum ipso, et in ipso, est ti-bi De-o Pa-tri omnipoténti,
in u-ni-tá-te Spí-ritus Sancti, omnis honor et gló-ri-a, per ómni-a
sáecu-la saeculó-rum. *R̄* A-men.

Accipit patenam cum hostia et calicem, et utrumque elevans, dicit:

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso,
est tibi Deo Patri omnipotenti,
in unitate Spiritus Sancti,
omnis honor et gloria
per omnia saecula saeculorum.

Populus acclamat:

Amen.

Lamb of God

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem.

<http://www.romanmissal.org.uk/Home/Music/Composing>